



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ubi hæc fiunt, fieri videntur, & permittuntur, denuncient; cum præceptum eis sit à consilio Viennensi, ut sub pœna peccati mortalis id faciant, postquam de eo ipsis constiterit, quòd tamen facile constare potest, quamvis parte vocata, & judicialiter id fieri debeat.

178 Quamquam, ¶ etiam testor, multos populos Italiae, & Governatores, ac exactores eorum annis, quibus ego Sacrae Pœnitentiariæ servio, à Summo Pœnitentiarario S. D. N. petiisse absolutionem à censuris ob hæc incurfis, restitutione promissa parata, vel facta, quos utinam aliorum Regnorum populi, & Rectores imitarentur, Amen, ut in Manual. c. 17. num. 202. vers. quarto de mirari.

179 ¶ Quòd autem parte vacata, & judicialiter de censurarum incurfu constare debeat, procedit ad effectum judiciali-

ter declarandi aliquem in sententiam excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini contentam incidisse, & incurrisse. Et in his terminis procedit prima opinio Navarri, sed in foro poli, coram confessorio. Governatores, magistratus, populi, exactores, & alij contravenientes, contentis in Bulla Cœnæ Domini pro verè excommunicatis sunt habendi, & non absolvendi, ex proximè per eundem Navarrum dictis, & supra n. 136. & 144. allegatis, & de his, quæ frequentius in foro contentioso quaeri solent. Hæc pauca mihi de excommunicationis sententia dixisse sufficiat: cum in concernentibus forum conscientiae, & Bull. Cœnæ Domini ferè omnes Theologi, & ex recentioribus, Navar. Cardinal. Toletan. Grassi & Sayr. copisè differuerint, ad quos remissè sufficiat.

## DE SUSPENSIONE, ET INTERDICTO.

### Cap. VIII.

#### S U M M A R I U M.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1 Censura ecclesiastica sunt tres. Suspensionis, &amp; interdicti sententiam Episcopi, Archiepiscopi, &amp; alij Superiores non incurrunt, nisi de ipsis in constitutionibus expressa mentio habeatur, ibidem.</p> <p>2 Suspendio, quid sit.</p> <p>3 Suspensionis pœnam incurrit Episcopus aliquem aliena diœcesis ordinans sine litteris dimissorias.</p> | <p>4 Episcopus infantem, aut illitteratum ad primam tonsuram promovens, per annum à clericali tonsura collatione est suspensus.</p> <p>5 Insans, quis dicatur.</p> <p>6 Illitteratus, qui dicatur.</p> <p>7 Episcopus sacerdotem indignum, &amp; inhabilem ordinans, à collatione ordinis sacerdotalis est suspensus.</p> <p>8 Episcopus solemniter pœnitentem, aut bigamum</p> |
|--|---|

- gamum ordinans per annum à celebra-  
tione est suspensus.
- 9 Episcopus ordinans religiosos, secula-  
resve in communi viventes, non pro-  
fessos sine legitimo patrimonij, aut  
beneficij titulo, per annum à colla-  
tione talium ordinum ipso jure est su-  
spensus.
- 10 Episcopus non denunciatus intra sex men-  
ses, qua in concilio provinciali facta  
fuerint, per duos menses est ab officio su-  
spensus.
- 11 Episcopus conferens duos sacros ordines  
uno die, vel duobus diebus con-  
tinuato jejunio, suspensionis pœnam  
incurrit.
- 12 Ordinans in aliena diœcesi sine expres-  
sa Ordinarij licentia, ab exercitio pon-  
tificialium per annum est suspensus.
- 13 Episcopus in aliena diœcesi de Ordinarij  
licentia ordinans, si alienos sine litteris  
dimissorijs promoverit, suspensionis pœ-  
na innodatur.
- 14 Prælati inferior licet exempti, litteras  
dimissorias concedere non potest.
- 15 Suspensionis pœnam incurrit Episcopus  
consecrans in aliena diœcesi calices,  
& corporalia sine Ordinarij licen-  
tia.
- 16 Episcopi, qui titulares vocantur, si  
quem ad ordines promoveant sine sui  
Ordinarij licentia, sunt per annum  
suspensi.
- 17 Suffraganei quibus ecclesijs dandi.
- 18 Suffraganeus nullibi pontificalia exerce-  
re potest, nisi in ecclesia, cui est adscri-  
ptus.
- 19 Clemens Papa VIII. constitutionem Sixti  
V. ad terminos sacrorum canonum re-  
duxit.
- 20 Minorem legitima ætate, vel extra tem-  
pora, vel ad duos sacros ordines, ea-  
dem die ordinans, suspensionis pœnam  
incurrit.
- 21 Episcopi promoventes ad sacros ordines,  
patrimonium, aut beneficium non ha-  
bentes, eisdem vita necessaria, donec il-  
lis de beneficio provisum fuerit, sup-  
peditare tenentur.
- 22 Episcopus, quando non habentem patri-  
monium, nec beneficium, ad duos pri-  
mos ordines promovere possit.
- 23 Suspensionis pœnam incurrit, qui ante  
legitimam ætatem sacros ordines su-  
cepit.
- 24 Minor promotus ad sacros ordines, si est  
doli capax, ad continentia votum obli-  
gatur.
- 25 Suspensionis pœnam incidit, qui ab alieno  
Episcopo sine sui Ordinarij licentia or-  
dinatur, & nu. 12. in textu.
- 26 Episcopi titulares, quando & quibus or-  
dines conferre possint.
- 27 Clerici minus idonei absque prævio ex-  
amine promoti, ab Episcopo ad tempus  
suspendi, & interdicti possunt.
- 28 Suspensus, quando irregularis efficiatur.
- 29 Ordines surtim suscipiens, excommuni-  
cationis pœnam incurrit.
- 30 Ordinatus præpostere, in sacris ordinibus  
suspensionis pœnam incidit.
- 31 Ordinatus præpostere, ordinum admini-  
stratione quandiu sit interdicens.
- 32 Ordinatus à simoniacò, vel simoniacò, non  
recipit ordinis executionem.
- 33 Ordinatus subfecto patrimonij titulo, est  
ipso jure suspensus.
- 34 Ordinatus non potest patrimonij, bene-  
ficij, pensionisve titulum, ad quem fuit  
ordinatus, renunciare.

- 35 Ordinari nemo poteſt ſine titulo.
- 36 Patrimonium alienari, extingui, vel remitti non poteſt, niſi poſt ſufficientis beneficii adeptionem.
- 37 Ordinatus ab excommunicato, ſchiſmatico, heretico, depoſito, ſuſpenſo, vel interdicto, ab ordinum ſuſceptorum executione eſt ſuſpenſus.
- 38 Ordinatus ſcienter ab huiusmodi ordinantibus, non poteſt, niſi à ſolo Papa diſpenſari.
- 39 Ordinatus ab eo, qui Episcopatum renunciavit, eſt ſuſpenſus, & ſi ſcienter acciſit, ab alio, quam à Papa diſpenſari nequit.
- 40 Illegitimus ordinibus ſacris initiatus, ſuſpenſionis poena innodatur.
- 41 Bigamus ordines ſine diſpenſatione ſuſcipiens, ipſo iure eſt ſuſpenſus.
- 42 Illitteratus ad ordines promotus, eſt omnino ſuſpenſus.
- 43 Illitteratus eſt dignitatis incapax, & infanti, & furioſo equiparatur.
- 44 Litteratura eſt de iure divino.
- 45 Excommunicatus ordines ſuſcipiens, eſt deponendus.
- 46 Ordinatus extra tempora, eſt ipſo iure ſuſpenſus.
- 47 Ordinatus ſede Episcopali vacante, cum litteris dimiſſoriis Vicarij, ſeu capituli, ſunt ad futuri Praſulis beneplacitum ſuſpendendi.
- 48 Capitulum litteras dimiſſorias concedens, interdicti poenam incurrit.
- 49 Vicarius ſede vacante, dimiſſorias litteras concedens, per annum eſt ab officio ſuſpenſus.
- 50 Vicarius, & capitulum, quando litteras dimiſſorias, & ordinandi facultatem concedere poſſunt.
- 51 Beneficia in confidentiam obtinentes ſunt ipſo iure ſuſpenſi.
- 52 Episcopi, beneficia curata praſertim indignis aut alijs inhabilibus conferentes, à collatione beneficiorum ea vice ſunt ſuſpenſi.
- 53 Episcopi, & alij superiores dignitatis res, & bona eccleſiarum vacantium ſibi vindicantes, ſuſpenſionis poenam incurrunr.
- 54 Prelati beneficiorum reſignationes, aut permutationes contra conſtitutiones Pij V. formam fieri permittentes, ſuſpenſionis ſententiam incurrunr.
- 55 Prelati bona eccleſiarum Rom Pontifici inconſulto alienantes, ſuſpenſionis, aliasque poenas incidunt.
- 56 Episcopi, & alij superioris dignitatis Prelati, limina Apoſtolorum ſtatim temporibus ad formam conſtit. Sixti V. non viſitantes, ipſo iure ſunt ſuſpenſi.
- 57 Conſervatores Sedis Apoſtolicæ, quando ſuſpenſionis poenam incidunt.
- 58 Conſervatoria Univerſitatum, collegiorum regularium, & ſimilium non ſunt ſublata.
- 59 Iudices eccleſiaſtici excommunicationis ſententiam non præmiſſa iurisdictione ferentes, ſunt ipſo iure ſuſpenſi.
- 60 Iudices eccleſiaſtici ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſine ſcriptis, & ſine cauſa expreſſione ferentes, vel copiam ſcripturae non tradentes, ſunt ſuſpenſi.
- 61 Viſitatores, qui in viſitatione aliquid præter victualia accipiunt, ſuſpenſionis poena ligantur.

- 62 Clericus homicida sacerdotij munus nullo pacto exercere potest.
- 63 Interdictum Papa violans, est ipso jure suspensus.
- 64 Celebrans ac dimittens Missam imperfectam, suspensionis poenam incurrit.
- 65 Oculum alteri eruens, ac seipsum castrans, ut caste vivat, suspensionis poenam incidunt.
- 66 Fornicatores publici, ab officio sunt suspensi.
- 67 Ecclesia cujusque canonibus obedire recusantes, sunt suspendendi.
- 68 Princeps prohibens synodi celebrationem, à communione est suspendendus.
- 69 Clericus ludis, & ebrietati indefinenter inserviens, suspensionis poena puniendus.
- 70 Clerici, & alij, cum suspectis mulieribus impudenter habitantes, & hujusmodi incorrigibiles, omni ecclesiastico honore sunt privandi.
- 71 Litteras falso scribens sub nomine majoris partis capituli, ab officio, & beneficio suspendendus.
- 72 Infamatus publice de simonia, donec veritas excutiatur, suspensionis poena est subijciendus.
- 73 Clericus infamatus, quod mulierem in ecclesia cognoverit, suspensione est puniendus.
- 74 Instrumenta proprietatis ecclesiae, quibus ecclesia sua pura tueri potest, subtrahentes, suspensionis poena mulentur.
- 75 Ecclesia bona occupantes intuitu potentiae secularis, suspensionis sententiam incurrun.
- 76 Sacerdotes male Eucharistiam custodientes, tribus mensibus ab officio suspendendi.
- 77 Dignitatem, vel electionem de manu laici suscipiens, suspensionis poenam incidit.
- 78 Ecclesiastica persona sermones in choro cum secularibus, dum divina officia recitantur, protrahentes, suspensione puniendi.
- 79 Interdictum, quid sit.
- 80 Regnum, civitas, & qualibet loca, ubi Legati, vel Nuncij Apostolici officium impediatur, interdicto sunt subiecta.
- 81 Civitas, locusve, & qui Episcopum offenderint, hocque fieri mandantes, interdicti poena puniuntur.
- 82 Civitas & locus, ubi Romani Pontificis electio est facienda, quando interdicti poenam incurrant.
- 83 Excommunicari nemo potest pro alieno delicto.
- 84 Interdicto punitur patria ob delictum principis.
- 85 Interdictis ecclesis, capella, oratoria, & cœmeteria interdicta intelliguntur.
- 86 Excommunicatio non civitatibus, sed certis personis tantum infligitur, idem ejus loco ponitur interdictum.
- 87 Interdicti tempore, qua fieri à jure permittantur.
- 88 Interdicti tempore, solemnibus tantum diebus festis solemnibus benedictio fieri potest.
- 89 Interdicti tempore sollemnis Missarum celebratio quando fieri possit.
- 90 Interdicti tempore, defunctorum cadavera in cœmeterijs sepelientes, excom-

- municationis sententiam incurrunt.
- 91 Clerici, & regulares interdicti tempore ( cum silentio tamen ) possunt sepe-  
liri.
- 92 Interdictum pro pecuniario debito mini-  
mè laxandum.
- 93 Pecunia appellatione, quidquid pecunia  
estimatur, intelligendum.
- 94 Interdictum in Romana curia pro pecu-  
niario debito, ab Auditore Camera A-  
postolica laxari solet.
- 95 Obligantes se in forma Camera Aposto-  
lica ad solvendum summam aliquam  
Romæ, vel alibi, omnibus censuris se  
submittere.
- 96 Consuetudine, aut legitima prescrip-  
tione, aut papa approbatione excommu-  
nicandi, & interdicendi, jurisd. suo  
acquirunt.
- 97 Pecuniarj debiti causa, ut interdictum  
relaxetur, qua requirantur.
- 98 Interdictum pro ulla pecunia quanti-  
tate laxari posse expressè prohibe-  
tur.
- 99 Iudices ecclesiastici interdictum pro de-  
bito pecuniario laxare non possunt.
- 100 Animas debiti suffragijs defraudantes,  
ad restitutionem tenentur.
- 101 Acta, qua contra leges fiunt, sunt  
nulla.
- 102 Auditor Camera Apostolica non habet  
facultatem pro debito pecuniario in-  
terdictum promulgandi, nisi ei speciali-  
ter demandetur.

**C**ENSURÆ † Ecclesiasticæ sunt  
tres, nempe, excommunicatio, su-  
pensio & interdictum. Et quia pro-  
ximo cap. de excommunicatione egimus,  
restat, ut de suspensione, & interdicto  
nonnulla differamus.

Periculosum quidem est Episcopis, &  
aliis superioribus, Archiepiscopis scilicet,  
Patriarchis, & Primatibus propter ex-  
ecutionem pontificalis officij, quod fre-  
quenter incumbit, ut in aliquo casu  
interdicti, vel suspensionis sententiam ipso  
facto incurrant. Idem Innocentius IV.  
in concilio Lugdunensi provida delibe-  
ratione duxit statuendum, quod Epi-  
scopi, & alij superiores prædicti nullius  
constitutionis occasione, sententiæ, sive  
mandati prædictam incurrant sententiam,  
nullatenus ipso jure, nisi in ipsis de Epi-  
scopis expressa mentio habeatur, *c. quia pe-  
riculosum, juncta gl. in verb. superioribus, de  
sent. excō. in 6.* & idem est de Cardinalibus

non Episcopis, ut tenent ibi Dō, & Francj.  
Suspensio † est censura, qua alicui per-  
sonæ ecclesiasticæ prohibetur exercitium  
sui officij, vel beneficij ecclesiastici in to-  
tum, vel in parte à judice, vel à lege in-  
flicta. Navar. de suspens. c. 27. n. 151. tom. 3.  
& Graff. in decis. par. 1. lib. 4. c. 25. num. 1.  
quam Card. Tolet. breviter definit, in-  
quit enim, quod suspensio est ecclesiastica  
censura, privans usum ecclesiastici officij,  
aut beneficij, ut in instruct. sacerdot. lib. c. 42.  
in princ. quod præcipuè cavere debent E-  
piscopi in ordinum collatione, quorum  
causa in pluribus casibus contra ipsos su-  
spensionis pœna est imposta.

Primò enim, † quantum ad ordi-  
nes, Episcopi ordinantes clericos alicui  
probitas ac mores Ordinariorum suorum  
testimonio commendentur, à collatione  
ordinum per annum, & ordinati, à susce-  
ptorum executione, quamdiu propriis  
Epi-